

v. 592. Lege, ἀνεχε χέρας, ἀνεχε λόγον, λει λιτὰς [εἰς τοὺς θεοὺς] cum Kirchhoffio.

vv. 672—3 recte post v. 676 transponit Kirchhoffius, v. 674 Electrae reddito. Idem stichomythiam usque ad v. 683 continuat, et κτανεῖν pro θανεῖν in v. 685 restituit.

v. 835. παστηρίαν MS. παστήρια Nauckius, ex Hesychio; παστήρια, σπλάγχνα τὰ ἐντοσθίδια, κοιλία. Homericum σπλάγχν' ἐπάσαντο haec respiciunt, quod et propria vox θοινασόμεσθα satis indicat.

vv. 1184—9 et 1201—5 choro recte assignavit Kirchhoffius: recte etiam, ut videtur, vv. 1210—11, 1219—20, 1226, 1232.

*Bacch.* v. 235. ξανθοῖσι βοστρύχοισιν εὐόσμοις κομῶν Badhamius, Praefat. ad Hel. p. 19.

v. 431. τόδ' ἂν δεχοίμαν conjicit Kirchhoff.

v. 752. ὡς δὲ πολεμίοις ἐπεισπεσοῦσαι Kirchhoff.

v. 885. τοὺς τὰν ἀγνωμοσύναν recte Nauckius. Post v. 927 trium versuum lacunam, post v. 934 unius, statuit Kirchhoff.

v. 954. Legendum videtur aut ἐλάταις ἦν ἐμὸν κρύψω δέμας, aut ἐλάταις δ' ἦν κ.τ.λ., cum aposiopesi.

v. 1066. κυκλοῦται δ' ὡς τε codex. Legendum videtur κυκλωτὸν ὥστε τόξον κ.τ.λ. Cf. Aesch. Theb. 535, κυκλωτῶ σώματος προβλήματι.

vv. 1084—5. Interpolatos esse suspicor.

v. 1257. νοουθετητέος, πάτερ, σοῦστίν' τίς αὐτὸν δεῦρ' ἂν κ.τ.λ. Kirchhoffius, qui cetera ab Aldino editore turpiter interposita notavit.

*Hecub.* v. 190. Sive γνώμα—γέννα sive γνώμα—γέννα legas, eodem redit sensus, *Argivi cum Neoptolemo consentiunt, mactandam esse Iphigeniam.*

v. 1101. Ὠαρῶν conjecit Kirchhoffius, quod admisi cum et metro conveniat et liber optimus habeat ὦ Ὠρῶν.